



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Oratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

ORATIO.

ORDO.

principaliter est in Papa, est regula fir-
dei, & ad ipsum pertinet huiusmodi
dubia determinare. ex S. Thom. secun-
da secundæ. q. 2. a. 3. de potentia. q. 10.
a. 3.

ORATIO.

¹ ORANS ex intentione formaliter,
& non intendens orationi, peccat:
quia irreuerenter Deo loquitur in ora-
tione. Si autem orat materialiter, vel se
exercendo in cantu, vel ut otium fu-
giant, & non attendat, non irreuerenter
agit, & consequenter non peccat; secū-
dum Caietan. ibi, in summa.

² ORATIO est necessaria: ut reverē-
tiam Deo exhibeamus, cui debito-
sumus, & ut impetremus, quod Deus
disposuit per sanctorum orationes im-
plendum: secundum Thom. prima
secundæ. q. 8; art. 2. & solus Deus est
orans principaliter, ad implendum
quæ petimus: sancti autem orandi sunt,
ad imperandum: secundum Thom.
vbi supra. at. 4. Dicete autem sanctos
non esse hoc modo orandos, & non
posse pro nobis orare, fuit hæresis Vi-
gilantij, & nouerit à Lutheranis sus-
citata. Ideo dico, quod sunt orandi:
quia sicut Deus agit hæc inferiora per
secundas causas, ut ordo naturæ serue-
tur, ita nos exaudit per sanctos, tan-
quam per causas medias. Secundò ut
sancti honorentur. Tertiò, si viui pro
intuicem possunt orare: multò magis
sancti possunt pro nobis orare. Quar-
to, quia sic habet vñus ecclesiæ, quæ
orationes ad sanctos dirigit: & secun-
di Mac. 15. dicitur, quod Iudas Ma-
chahæus videt Oniam, & Hieremiam,
qui erant mortui, orate pro populo
Iudæorum.

³ Quid non orat pro se, & proximo
etiam inimico in casu quo credit per
orationem posse se, vel alium de ali-
quo grani malo eripere, peccat mor-
taliter, sicut negando elemosinam in
articulo necessitatis. Agit enim con-
tra præceptum Christi dicentis, Ora-
te pro persequentiibus, &c.

⁴ ORATIO communis, quæ sit à mi-
nistris ecclesiæ in persona populi: secū-

dum Tho. suprà. a. 12. debet esse voca-
lis, ita ut possit innotescere toti popu-
lo, pro quo profertur ideo irrationa-
biliter agit sacerdos celebrans ita sub-
missè, ut vix à seruitore audiatur: &
qui stant in choro taliter dicentes of-
ficiū: ut ipsi tantum seipso percipient
ut supra, ver. horæ in fin. dictum est.
Et perius agunt qui tantum mouent
labia, & neque leipso audiunt, quos
credo non satisfacere officio. Oratio
autem singularis sufficit, quod sit me-
talis: & debet esse cum intentione: ut
dictum est suprà. Horæ §. 19. Peccator
orans ex bono naturæ desiderio, ex pa-
ra Dei misericordia exauditur, dum-
modò petat necessaria ad salutem suam,
piè, & perseveranter, Thom. secunda
secundæ, suprà.

ORDO.

¹ ORDINES conferuntur indigno: le-
cundum Tho. 4. sent. d. 2. q. 1.
mortaliter peccat, similiter prælati, &
alij qui faciunt promoueri: quia ini-
deliter dona Dei dispensant, & ecclæ-
sia detrimentum faciunt, & honori
divino. Idem de consulētibus, promou-
entibus, & præsentātibus tales, qua-
do scienter faciunt, vel non adhident
curam scire eos dignos, quia cooperā-
tur ad malum. cap. votum. 2. q. 1. nec
sufficit secundum Alb. Magnum, non
scire eos esse malos, sed oportet, quod
sciant eos esse bonos, per illum modū,
quo est possibile scire.

² ORDINES superiores nullus de-
bet recipere, nisi habeat inferiores, ex
ordinatione ecclesiæ, licet antiqui
hoc aliquando non fecerintur: secun-
dum Tho. suprà. Qui ordines sunt
7. videlicet ostiariatus, lectoratus, aco-
lytatus, exorcistatus, subdiaconatus,
diaconatus, & sacerdotij, quorum tre-
vltimi sacri dicuntur: secundum Tho.
suprà, tales ad castitatem tenentur. su-
prâ, ver. matrimonium. §. 8.

³ PRIMA tonsura non est ordo pro-
priæ, ideo iura inter ordines non pa-
suerunt. c. seriatim. d. 32. sed est depa-
tatio, seu dispositio ad Dei cultum. Et
quia ordo propriæ nō est, ideo chata-
cerem non impetravit.

4 QVI.

